

Lingua Latīna - Capitulum XXXIV

Exercitium 3

1. Quid Aemilia Fabiae nārrat?

2. Num Aemilia medicum prūdentem esse cēnsent?

3. Quid Fabia nārrat Aemiliae?

4. Cum quibus puerīs pugnāvit Sextus?

5. Quōmodo Sextus, puer validus, vincī potuit?

6. Iisdemne rēbus student Mārcus et Sextus?

7. Dē quā rē Cornēlius loquī incipit?

8. Quid Aemilia quaerit ā Cornēliō?

9. Semperne occīditur gladiātor victus?

10. Quid Rōmānī in circum spectātum eunt?

11. Quid Fabia spectāre māvult?

12. Quis est Plautus?

Lingua Latīna - Capitulum XXXIV

Exercitium 6

1. Quārē Ovidius in circum vēnerat?

2. Cūr equōs nōn spectābat?

3. Num Ovidius bellum Trōiānum cecinit?

4. Cuius poētae carmina Fabia audīre cupit?

5. Quod carmen Iūlius primum recitat?

6. Quamobrem ocellī Lesbiae turgidī rubēbant?

7. In Catullī carmine quid significat 'nox perpetua'?

8. Cūr Catullus Lesbiam uxōrem nōn dūxit?

9. Quālis fēmina erat Lesbia?

10. Versibus recitātis quid faciunt convīvae?

11. Quālēs versūs Paula audīre māvult?

12. Quōmodo Catullus Fabullum ad cēnam vocāvit?

13. Cūr hospitem suum rogāvit ut ipse cēnam afferret?

Lingua Latīna - Capitulum XXXIV

Exercitium 9

1. Quālēs versūs scrīpsit Mārtiālis?

2. Num omnēs Rōmānī libellōs eius laudābant?

3. Cūr Mārtiālis Pontiliānō libellōs suōs nōn mīsit?

4. Cūr nēmō carmina Cinnae legēbat?

5. Num Sabidius amīcus Mārtiālis erat?

6. Quid tū Faustum puellīs scrībere putās?

7. Cūr dentēs niveōs, nōn nigrōs habēbat Laecānia?

8. Cūr Prīscus Paulam uxōrem dūcere nōlēbat?

9. Quālis fēmina 'sē fōrmōsam et puellam esse' dīcit?

10. Num Gellia patrem mortuum vērē lūgēbat?

11. Quamobrem vir pauper numquam dīves erit?

12. Quot epigrammata recitat Cornēlius?
